

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2789

Auteur(s) : Philippe de Carteret [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168, 5 janvier

Lieu d'émission : Le Mont-Saint-Michel

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation faite au Mont-Saint-Michel par Philippe de Carteret, en présence de l'abbé Robert de Torigni.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXV, p. 289-291.

Texte établi d'après a

Ne temporis accessu presentis rei geste veritas oblivionis nube tegatur, perhennem illi memoriam scripture beneficio comparamus. Sit igitur semper et ab omnibus notum quod ego Philipus de Cartrahio dono et confirmo et manu mea offero ad altare sancti Michaelis in Monte Tumba, ad opus ipsius beati Michaelis et ecclesie sue et monachorum, elemosinam meam et antecessorum meorum que est in Gersoio, presentibus huic donationi et concedentibus uxore mea Nicholaa, filio meo Raginaldo, nepote meo Guillelmo, multisque meis hominibus et amicis. In hac elemosina continetur ecclesia Sancti Audoeni integre et perfecte, cum universis ad ipsam pertinentibus, preter id solum quod de decimis frugum monachi Sancti Salvatoris et sanctimoniales habere debent. Presbiterum vero querere et in ecclesia tenere vel remove ad monachos Sancti Michaelis libere pertinebit. Est etiam in hac elemosina capella Sancte Marie, cum omnibus pertinentiis ejusdem, juxta quam paravi et dedi monachis congruam mansionem. Ut autem hec nostra donatio Deo acceptior et nobis utilior esse possit, omnem ab ea calumpniam et impedimentum excludimus, et quieta prorsus dimittimus stramina frugum, tres sextarios avene, pelliceam, botas, pelves, mapulam, cereos, que prius exinde querebamus, et nostre elemosine perpetuam et quietam constituimus libertatem. Hoc etiam michi meisque successoribus a monachis est concessum quod, si uni de propinquieribus consanguineis nostris monachatum petierimus, uni soli successive, si tamen clericus sit aut miles et persona conveniens, annuetur ; et cum ad Montem venerimus, una nocte nobis hospitium tanquam fratribus exhibebunt. Actum est hoc anno dominice incarnationis M° C° LX° VII°, pridie Epiphanie, sexta feria, apud Montem, presente domno Roberto abbate, et congregatione monachorum, nostroque, sicut diximus, comitatu. Testibus Thoma et Herberto, sacerdotibus, Michaele et Benedicto, clericis, Mattheo et Hugone Bigot, laicis.